

*Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.*

### I. Übersetzung

1 Quibus rebus cognitis Caesar iubet milites qui extra munitiones  
2 processerant pabulandi lignandique aut etiam muniendi gratia  
3 quique vallum petierant quaeque ad eam rem opus erant, omnes  
4 intra munitiones minutatim modesteque sine tumultu aut terrore  
5 se recipere atque in opere consistere. equitibus autem qui in  
6 statione fuerant, praecipit ut usque eo locum optinerent in  
7 quo paulo ante constitissent, donec ab hoste telum missum ad  
8 se perveniret. quodsi propius accederetur, quam honestissime  
9 se intra munitiones reciperent. alii quoque equitatui edicit  
10 uti suo quisque loco paratus armatusque praesto esset. atque  
11 haec non ipse per se coram, cum de vallo prospecularetur, sed  
12 mirabili peritus scientia bellandi in praetorio sedens per  
13 speculatores et nuntios imperabat quae fieri volebat.  
  
14 animadvertebat enim quamquam magnis essent copiis adversarii  
15 freti, tamen saepe a se fugatis pulsis perterritisque et con-  
16 cessam vitam et ignota peccata; quibus rebus numquam tanta  
17 suppeteret ex ipsorum inertia conscientiaque animi victoriae  
18 fiducia ut castra sua adoriri auderent. praeterea ipsius nomen  
19 auctoritasque magna ex parte eorum exercitus minuebat auda-  
20 ciam.  
21 tum egregiae munitiones castrorum atque valli fossarumque alti-  
22 tudo et extra vallum stili<sup>1</sup> caeci mirabilem in modum consiti  
23 sine defensoribus aditum adversariis prohibebant: scorpionum  
24 catapultarum ceterorumque telorum quae ad defendendum solent  
25 parari, magnam copiam habebat. atque haec propter exercitus  
26 sui praesentis paucitatem et tirocinium praeparaverat, non  
27 hostium vi et metu commotus patientem se timidumque hostium  
28 opinioni praebebat. neque idcirco copias quamquam erant paucae  
29 tironumque, non educebat in aciem quod victoriae suorum dif-  
30 fideret, sed referre arbitrabatur cuiusmodi victoria esset  
31 futura;

---

<sup>1</sup> **stilus**, hier = spitzer Pfahl

32 turpe enim sibi existimabat tot rebus gestis tantisque exer-  
33 citibus devictis, tot tam claris victoriis partis, ab reli-  
34 quis copiis adversariorum suorum ex fuga collectis se cruen-  
35 tam adeptum existimari victoriam.  
36 itaque constituerat gloriam exultationemque eorum pati,  
37 donec sibi veteranarum legionum pars aliqua in secundo com-  
38 meatu occurisset.

## II. Sprachliche Erläuterungen

1. Bestimmen Sie genau und ausführlich Modi und Syntax in den Z.14-20!
2. Bestimmen Sie Form und Etymologie der Wörter **minutatim** und **modeste** in Z.4!
3. Bestimmen Sie die Form **consiti** in Z.22!